

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Venerabilis Beda presbiter: Sermo zu der Evangelienlesung nach Lucas

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

**DOM III POST SCI  
LAURENTII.**

**LEC SCI IUA SEC MATHIU.**

**I**N illo temp. Dixit ih̄s discipu-  
lis suis. Nemo potest duobus do-  
minis seruire. Aut enim unum  
odiet & alterum diliget. Aut uni  
adherebit. & alterum contemnet.

Non potestis dō seruire & mammonae <sup>et reliq.</sup>

**LXXV SERMO VENERABILIS BEATAE**

**PRBI DE IAD LECTIO  
SCDM LUCAM.**

**N**EMO POTEST DUO-  
bus dominis seruire.  
quia non ualet simul  
transitoria & aeterna  
diligere. Si enim aeternitatem  
diligimus. cuncta temporalia in  
usu non in affectu possidemus.

Aut enim unum odiet & alterum di-  
liget. Aut uni adhaerebit & alte-  
rum contemnet.

Haec uerba diligenter conside-  
randa sunt. Nam quis sint duo  
domini. consequenter exponit  
dicens. Non potestis dō serui-  
re & mammonae. Audiat  
hoc auarus. audiat qui cense-  
tur uocabulo christiano. non  
posse simul mammonae. hoc  
est diuitis. xpo que seruire.

Et tamen non dixit. qui habet  
diuitias. sed qui seruit diuitis.

Qui enim diuitiarum seruus est.

diuitias custodit ut seruus.

Qui autem seruitutis excussit  
iugum. distribuit eas ut dominus.

Sed qui seruit mammonae. illi  
utique seruit. quarebus istis ter-  
renis. merito suae peruersitatis  
praepositus. princeps huius saeculi  
ad dō dicitur. Ergo aut unum  
odiet. & alterum diliget. ut fieri  
debet. Odiet scilicet diabolum.  
diliget dōm. Aut uni adhaerebit.  
& alterum contemnet. Adhere-  
bit scilicet diabolo. cum quasi  
eius premia temporalia sectatur.

Contemnet autem dōm. non dixit  
odiet. sed sicut solent minas eius  
post ponere cupiditati bus suis.  
quid bonitate eius ad impunita-  
tem sibi blandiuntur. Quibus  
per seclomonem dicitur. fili ne ad-  
cias peccatum super peccatum.  
& dicas. miseratio dī magna est.

Ideo dico uobis. nolite solliciti esse  
animae quid manducetis. neque  
corpori quid uesti amini.

Ergo quod omnibus natura tribuit.  
& iumentis ac bestis. hominibus  
quoque commune est. huius cura  
penitus liberamur. Sed praeci-  
pitur nobis. ne solliciti simus quod  
comedamus. & quia in sudore uul-  
tus praeparamus nobis panem. labor  
exercendus est. sollicitudo tollen-  
da. Anima plus est quam esca.

& corpus quam uestimentum.  
**A**mmoneo & ut meminerimus. multo  
amplius nobis dedisse dñm. quod  
nos fecit & composuit ex anima  
& corpore: quam est alimentum  
atque tegumentum. Ut intel  
legas eum qui dedit animam.  
multo facilius escam esse daturum.

**S**imiliter cum qui corpus dedit.  
multo facilius daturum esse uesti  
mentum. Quo loco quaeris solus  
utrum ad animam cibis iste perue  
niat. cum anima incorporea sit.  
iste autem cibus corporeus.

**S**ed animam hoc loco pro ista uita  
positam nouerimus. Cuius retina  
culum est. alimentum istud corpo  
reum. Secundum hanc signifi  
cationem dictum est. etiam illud.

**Q**ui amat animam suam. perdet  
illam. Quod nisi de hac uita acci  
perimus. quam oportet pro regno  
di perdere. quod potuisse marti  
res claruit. contrarium hoc prae  
ceptum erit illi sententiae quae dic  
tum est. Quid prodest homini  
si totum mundum lucretur. ani  
mae autem suae detrimentum faciat.

**C**onsiderate coruos qui non seminant  
neque metunt. quibus non est cel  
larium. neque horreum. & dñs pascat  
illos. Quod si uolatilia absque  
cura & erumnis. dñi aluntur pro  
uidentia. quae hodie sunt & cras

non erunt. quorum anima morta  
lis est. & cum esse cessauerint. semper  
non erunt. quanto magis homines  
quibus aeternitas promittitur. di  
reguntur imperio.

**Q**uanto magis pluris estis illis.  
**I**dest carius uos ualeatis. Quia utique  
rationale animal sicuti est homo.  
sublimius ordinatum est. in rerum  
natura. quam irrationalia sicuti  
sunt aues. Quis autem uestrum  
cogitando. potest adicere ad staturam  
suam cubitum unum. Si ergo neque  
quod minimum est potestis. quid  
de ceteris solliciti estis.

**I**dest. cuius potestate atque domina  
tu factum est. ut adhanc staturam  
corpus uestrum perducere tur. eius  
prouidentia etiam uestiri potest.

**N**on autem uestra cura factum esse.  
ut adhanc staturam ueniret & cor  
pus uestrum ex hoc intellegi potest.  
quod sic ueritis & uelit adicere  
unum cubitum huic staturae.  
non potestis. Illi ergo etiam  
tegendis corporis curam relinquitte.  
cuius uidetis cura factum esse.  
ut tantae staturae corpus habeatis.

**S**ic ergo inquit neque quod mini  
mum est potestis.

**M**inimum enim est hoc sedulo cor  
pora operari. Dandum autem  
erat & iam documentum prop  
ter uestimentum. sicut datum est

propter alimentum. Itaque  
sequitur & dicit. considerate lilia  
quomodo crescunt. non laborant.  
non nent. Sed ista documenta  
non sicut allegorica discutienda  
sunt. ut quaeramus quid signifi-  
cent corui. aut lilia. Posita  
sunt enim. ut de rebus minoribus.  
maiora persuaderentur.

Dico autem uobis. nec scilicet in  
omni gloria sua uestiebatur.  
sicut unum existis.

Et reuera quae regum purpura.  
quod sericum. quae pictura texti-  
cum. potest floribus comparari.

Quid ita rub& ut rosa. quid ita  
cand& ut lilium. uiolae uero  
purpuram nullo superari muric e.  
oculorum magis quam sermonum  
iudicium est. Si autem fenum  
quod hodie in agro est. & cras in  
clibanum mittitur. sic uestit.  
quanto magis uos pusille fidei.

Cras in scripturis. futurum tempus  
intellegitur. Dicente iacob.

Exaudi me cras iustitia mea.

Et in samuelis fantasmate. phito-  
nissa loquitur ad saulem. Cras eris  
mecum. Et uos nolite querere  
quid manducetis. aut quid bibatis.

Notandum quod non ait. nolite  
querere uel solliciti esse de cibo  
aut potu. aut indumento. sed expres-  
sius quid inquit manducetis. aut

quid bibatis. Et supra. neque  
corpori quid uestiamini.

Ubi mihi uidentur argui. quis pro  
uictu uel uestitu communi. lau-  
tiora sibi uel austeriora praehis  
cum quibus uitam ducunt. alimenta  
uel indumenta. requirunt.

Et nolite in sublime tolli.

Prohibita sollicitudine de alimentis  
consequenter ut non extollantur  
ammonuit. Primo enim haec  
ad necessitatem implendam homo  
quaerit. Cum autem haec  
abundauerint. incipit & superbire  
de talibus. Tale est hoc. ac si se uul-  
ne ratus. quis iactet. quia habet  
multa emplastra in domo. cum  
hoc illi bonum esset. ut uulnera non  
haberet. & ne uno quidem indigeret  
emplastro.

Haec enim omnia.  
gentes mundi querunt. Pater  
enim uester scit. quo his indigetis.

Verum tamen quaerite regnum dei.  
& haec omnia adicientur uobis.

Hic manifestissime ostendit. non  
haec esse appetenda. tanquam  
talia bona nostra. ut propter  
ipsa debeamus bene facere. si quid  
facimus. sed tamen esse necessaria.

Quidem inter sit inter bonum  
quod appetendum est. & necessarium  
quod sumendum est. haec sententia  
declarauit cum ait. Verum tamen  
querite regnum dei. & haec omnia

adicientur uobis. Bonum nostrum  
est & hoc appetendum. & sibi finis  
constituendus. propter quod omnia  
faciamus quae cumque facimus.

Sed quia in hac uita militamus ut  
ad illud regnum peruenire possi-  
mus. quae uita sine his necessariis  
agi non potest. Adicientur haec  
uobis inquit. sed uos regnum dei  
quaerite. Qui enim non ait  
dabuntur sed adicientur. profecto  
indicat aliud esse quod principa-  
liter datur. aliud quod super ad-  
ditur. Quia nobis in intentione  
aeternitas. in usu uero tem-  
poralitas esse debet. Et illud  
datur. & hoc nimirum ex abun-  
dantia super additur.

**DOM III POST SCA  
LAURENTII**

**LEC SCILVA SIC IUCAM**

In illo tempore. Et factum est de-  
inceps. ibat ihesus in ciuitatem quae  
uocatur nain. Et reliquum.

**LXXVI SERMO UENIR BEO PRBI  
DE IADIM LECTIO**

**NAIN CIUITAS EST**  
galileae. in secundo mi-  
liario thabor montis.

contra meridiem. iuxta  
endor. qui est uicus grandis. in  
quarto miliario eiusdem montis  
ad meridiem.

Et ibant cum illo discipuli eius.

Et turba copiosa. Cum autem  
adpropinquaret portae ciuitatis.  
ecce defunctus efferebatur filius  
unicus matris suae.

Defunctus hic qui extra portam  
ciuitatis multis est inuentibus  
elatus. significat hominem loe tali  
criminum funere soporatum.

Eandemque insuper animae mor-  
tem. non cordis adhuc cubili tegan-  
tem. sed ad multorum nocturnam  
per locutionis operisue indicium.  
quasi per suae ostia ciuitatis pro-  
palantem. Quibus bene filius uni-  
cus matris suae fuisse perhibe-  
tur. quia licet emultis collecta  
per sonis. una sit perfecta &  
inmaculata uirgo mater eccle-  
sia. singuli quique tamen fide-  
lium uniuersalis se ecclesiae filios  
rectissime fatentur. Nam  
& electus qui libet. quando ad  
fidem imbuitur. filius est.

Quando alios imbuit. mater.

Annon materno erga paruulos  
agebat affectu. quia ait. Filioli  
mei quos iterum parturio. donec  
formetur christus in uobis. Portam  
ciuitatis quae defunctus effere-  
batur. puto aliquem defensibus  
esse corporeis. Qui enim semi-  
nat inter fratres discordias.  
qui iniquitatem in excelsum  
loquitur. per oris portam extra